Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistulae - Cod. Aug. perg. 52

[S.l.], [9. Jh.]

Hieronimus an Papst Damasus

urn:nbn:de:bsz:31-6736

Visual Library

[illegible]LA PAPE DAMASI URBIS ROMAE [illegible]

Dormientem te et longo iam tempore legentem potius quam scribentem questiunculis ad te missis
excitare disposui. non quo et legere non debeas. hoc enim quasi velut cotidiano cibo alitur et pinguescit oratio.
sed quo lectionis fructus sit iste si scribas. Itaque quoniam et heri tabellario ad me remisso nullas te iam episto
las habere dixisti exceptis his quas in heremo aliquando dictaveras. quasque tota aviditate legi atque des
cripsi. et ultro pollicitus es te furtivis noctium operis aliqua si vellem posse dictare. libenter accipio
ab offerente quod rogare volueram si negasses. neque vero ullam puto digniorem disputationis nostrae
confabulationem fore. quam si de scripturis inter nos sermocinemur. id est ut ego interrogem tu respondeas.
qua vita nihil in hac luce puto iocundius quo animae pabulo omnia mella superantur. Quam dulcia inquit
propheta faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Nam cum idcirco ut ait praecipuus orator homines a pecudibus
differamus. quod loqui possumus qua laude dignus est qui in ea re ceteros superat in qua homines bestias
antecellunt. Accingere igitur et mihi quae subiecta sunt dissere. servans utrobique moderamen ut nec proposi
ta solutionem desiderent nec epistole brevitatem. Fateor quippe tibi eos libros quos mihi iam pridem
Lactantii dederas ideo non libenter legi quia et plurimae eius epistole usque ad mille versuum spatia tendunt.
et raro de nostro dogmate disputant. quo fit ut et legenti fastidium generet longitudo. et si qua brevia
sunt scolasticis magis sint apta quam nobis de metris et regionum situ et philosophis disputandis. IN
Quid sibi velit quod in genesi scriptum est. omnis qui occiderit cain septem vindictas exsolvet. IN
Si omnia fecit deus bona valde quare ad noe de mundis et inmundis animalibus praecipit cum inmundum
nihil bonum esse possit. et in novo testamento post visionem quae petro fuerat ostensa dicenti. absit domine
a me quoniam commune et inmundum numquam introivit in os meum et vox de celo responderit
quod deus mundavit tu ne commune dixeris. INT. Cur deus loquitur ad habraam quod quarta progenie
filii israhel essent de terra egypti reversuri. et postea moyses scripsit. quinta autem progenie exierunt
filii israhel de terra egipti. quod utique nisi exponatur videtur esse contrarium. INT. Cur habraham fidei sue signum in
circumcisione suscepit. INT. Cur isaac vir iustus et deo carus non illi cui voluit sed cui noluit
deceptus errore benedixit. BEATISSIMO PAPAE DAMASO HIERONIMUS.

Postquam epistolam tuae sanctitatis accepi confestim accito notario ut exciperet imperavi. quo ad
officium praeparato quod eram voce prompturus ante mihi cogitatione pingebam. Interim iam et ego
linguam et ille articulum movebam. Cum subito hebreus intervenit deferens non parva volumina
quae de sinagoga quasi lecturus acceperat. Et ilico habes inquit quod postulaveras. meque dubium et quid
facere nescientem ita festinus exterruit ut omnibus praetermissis ad scribendum transvolarem. quod quidem
usque ad praesens facio. Verum quia heri diacono ad me misso ut tu putas epistolam ut ego sentio commentarium
te expectare dixisti. brevem responsionem ad ea desiderans quae singula magnorum voluminum in
digent disputatione. TAY ΛΛCOI EX ΘΛIΛCΛI. duabus tantum questiunculis praetermissis non quo non po
tuerim et ad illas aliquid respondere sed quod ab eloquentissimis viris tertulliano nostro scilicet
et novatiano latino sermone sint editae. et si nova voluerimus adserere sit latius disputandum.

Certe expecto quid placeat. utrum ne epistolari brevitate sententias tibi velis digeri. an singulos libros confici.

Nam et origenes in quarto pauli ad romanos tomo de circumcisione magnifice disputavit. et de
mundis atque inmundis animalibus in levitico plura disseruit. ut si ipse invenire nihil possim de
eius tamen fontibus mutuarer. Et ut verius loquar didimi de spiritu sancto librum in manibus habeo.

quem mans latiū tibi cupio dedicare. neme estimes tantūmodo detrectare quia lectionem sine stilo somnum putabam. Ille laris itaq; pblematibus que epistole tue subieceras quid mihi uideretur ad nectu. ueniam postulans & festinationis pariter & morarum; festinationis quia ad unam lucubratiunculam dictare uoluerim; dierum tarditatis quia alio opere detentus n̄ statim ad interrogata rescripsi. Quid sibi uult quod in genesi scriptum est. omnis qui occiderit cain septem uindictas exsoluet. Ante quam de questione dicamus rectum uidetur ut editiones int̄ptū singulorum cum ipso hebraico conferemus sermone dixerant. quo facilius sensus scripture possit intellegi; uaiomer lo adonai lochen chol oreg cain sabotaim ioccamo; aquila. Et dix eidns ppterea omnis qui occiderit cain septem pliciter ulciscetur; simmachus. & dix eidns. non sic sed omnis qui occiderit cain ebdomadas aut septies uindicabitur; occiderat cain fratrem suum. Septuaginta et theodotio. & dix ei dns. Non sic sed omnis qui occiderit cain septem uindictas exsoluet. Postquam cain occiderat fratrem suum interrogatus a dno ubi est abel frater tuus. contumeliose responderat nescio numquid custos fratris mei sum; Quam obrem maledictione damnatus ut gemens et tremens uiueret sup terram. Noluit ueniā dep cain sed peccata peccatis congeminans. tantum putauit nefas. cui a dno n̄ posset ignosci; enimq; respondit dno. maior causa mea est quam ut dimittar. id plus peccaui quam ut merear absolui. Ecce eicis me hodie a facie terre & a facie tua abscondar. & ero gemens et tremens super terram. & erit omnis qui inuenerit me occidet me. Eicior inquit a conspectu tuo & conscientia sceleris lucem ipsam ferre non sustinens. abscondar & latitem. eritq; omnis qui inuenerit me occidet me. Dum et tremore corporis & furia mentis agitatur eum se esse intellegit qui mereatur interfici. Uerum dns nolens eum conpendiose mortis finire cruciatum. nec tradens pene qua se ipse damnauerat ait. non sic est ut estimas morieris. & mortem pre medio accipies. uerum uiues usq; ad septimam generationem & conscientie tue igne torqueberis. Ita ut quicumq; te occiderit secundum duplicem intellegentiam. aut in septima generatione. aut septimo te liberet cruciatu. Non quo ipse qui occiderit cain septem ultionibus subiciendus sit. sed quod septem uindictas que in cain tanto tempore cucurrerunt. soluat interfectione; occidens eum qui uiuus fuerat derelictus ad penam; Ut autem quod dicimus manifestius fiat. cottidiane consuetudinis ponam exemplum; Loquitur inter uerbera seruus ad dnm suum quia incendi domum tuam & uniuersam substantiam tuam dissipaui. interfice me. dominusque respondeat. Non ut morieris & finies morte supplicia; Uerum longo tempore custodiens ad uitam & eam infeliciter in hac luce uel liberis. Ut quicumq; te occiderit beneficium prestet occiso. dum te de tam multis liberet cruciatibus. Et secundum septuaginta quidem editionem hic nobis sensus uidetur. Deco autem quod aquila posuit septem pliciter & simmachus ebdomadas siue septies ulciscetur. Maiores nostri ista sententia est;

Quod putent in septima generatione a lamech interfectum cain. Adam quippe genuit cain. cain genuit enohc. genuit ganaan. ganaan gen malelehel. malalehel gen matusalam. matusalam genuit lamech. qui septimus ab adam. non sponte sicut in quodam hebreo uolumine scriptum est interfecit cain. ipse postea confitetur. quia uirum occidi in uulnere mihi & iuuenem in liuore meo. quod septies uindicabitur de cain. de lamech autem septuagies septies. Et quidem de cain quod septima generatione interfectus est. Et iuxta aliam editionem poenas sui sceleris dederit. Nihil obscuri arbitror remansisse. Nunc illud quod in titro gaueras dum aliud agimus.

interpositi quę sint septuaginta septę uindictę quę in lamech et soluendę sint. Aiunt ab adam usque ad christum
generationes septuaginta septem. Relege lucae euangelistam et inuenies ita esse ut dicimus.
Sicut enim septima generatione cain peccatum est dissolutum. Non enim uindicabit quippe bis dominus in id ipsum
et qui semel recepit mala sua in uita sua non eosdem cruciatus patietur in morte quos est passus in uita.
ita et lamech peccatum id est totius mundi atque sanguinis qui effusus est christi soluetur aduentu qui tu
lit peccata mundi. qui lauit amictum suum in sanguine uuae. et torcular calcauit solus. qui de
edom ad celum rubicundus ascendit. clamantibus angelis miraculum prebuit. Leuate portas prin
cipes uestras et introibit rex glorię et cetera. Referebat mihi quidam hebreus in apocrifis eos libris septua
ginta et septę animas ex lamech progenie repperiri quę diluuio deletę sint et in hoc numero de lamech factam
esse uindictam quod genus ipsius usque ad cataclismum perseuerauerit. Alii de septem uindictis cain uaria
suspicantur. Et primum eius asserunt fuisse peccatum quod non recte diuiserit. II Secundum quod inuide
rit fratri. III Tertium quod dolose egerit dicens. transeamus in campum. IIII Quartum quod interfecerit. V Quintum quod procaciter negauerit. Nescio numquid custos sum fratris mei. VI Sextum quod se ip
se damnauerit. maior culpa mea est quam ut dimittatur. VII Septimum quod nec damnatus egerit peni
tentiam. secundum niniuitas. et ezechiam regem iudeae qui inminentem mortem lacrimis distulerit
et dicit illum a clementissimo deo. Ideo usque ad septimam generationem fuisse dilatum. ut latum malis ipsis
et longe uitae merore conpulsus penitentiam ageret et uti mereretur absolui. Nonnulli septenarium
numerum plenum et perfectum interpretantur. De multis scripturarum locis testimonia contrahentes et hunc
esse sensum quem supra perstrinximus quod quia interfecerit cain. ab interficiente eum omnia supplitia
transeunte libere poena. Sunt autem qui de euangelio interrogationem petri replicent. Domine quo
tiens peccabit in me frater meus et dimittam ei usque septies. Dicit ei ihesus. Non dico tibi usque septies
sed usque septuagies septies. Et putant mortem atque peccatum in septima progenie sabbatizasse quando
enoch raptus est et non inueniebatur quia transtulit eum deus. De septuaginta autem et septem illam expositi
onem sequuntur in aduentu christi. Mortis atque peccati aculeum esse confractum. ponam et aliam opinionem
ne quid uidear pretergressus. Quidam septimum annum remissionis et quinquagesimum iubeleum et quadringen
tesimum nonagesimum. quod uolunt intellegi septuagies septies. Multimodis interpretantur. asserentes
ob hanc causam quinquagesimi et quingentesimi numeri sacrati in euangelio positum debitorem.
Et quinquagesimum psalmum penitentię qui septem conficitur septimanis. et in principio ogdoadis
erumpit. uerum Ne longius sermo procedat. hucusque super hoc locutum esse sufficiat. quia et ex his quę reppe
rim ingentem tibi disputationis siluam poteris ipse sufficere. Sciens origenem duodecimum et tertium deci
mum in genesi librum de hac tantum dictasse questione. II Cur deus loquitur ad abraham. quod quarta progenie
filii israhel essent de terra egipti reuersuri. et postea moyses scribit. Quinta autem progenie ascenderunt filii israhel de terra
egipti quod utique nisi exponatur uidetur esse contrarium. Hoc uero problema cum legissem. cepi mecum tacitus
estuare. Et e uestigio genesim exodumque percurrens. repperi loca in quibus scriptura quę uidentur facere questi
onem. Ac primum estimabam spiritalibus spiritalia conparans indissolubile esse. sicut et multa alia.
Nam et mathusalam quattuordecim annos post diluuium. uixisse scribitur. Nec tamen ingressus est arcam
cum noe. Et cum ipse deus loquutus sit ad abraham. Sciendo scies quoniam peregrinum erit semen tuum in terra non
sua. Et in seruitutem redigent eos et affligent eos et humiliabunt eos quadringentis annis. Postea
moyses scribit in exodo. Et factum est post quadringentos triginta annos exiuit omnis potentia domini.

de terra egypti. Agar quoque ismahelem quasi lactantem & tenerum portat in humeris cum decem & oc
to ferme & amplius repperiatur annorum. Et ridiculum sit tam grandem iuuenem matris sedisse ceruicibus.
Roboam uero filius salomonis quadragesimo primo etatis sue anno regni sumpsit exordium. & reg
nauit in hierusalem annis sedecim. cum utique pater eius duodecimo anno regni sui incipiens annis quadra
ginta regnauerit & undecimo filium generare non quiuerit. Dum hec & multa istius modi mecum sol
licitus uoluerem. aperuit mihi hostium qui habet clauem dauid & introduxit me in cubiculum suum posu
itque in foramine petre ut post spiritum feruentem post terre motum post incendium ignorantie quo ure
bar uox ad me aure lenioris accederet & dicerem quia inueni quem quesiuit anima mea tenebo eum
& non dimittam eum. Et enim cum uideatur scriptura inter se esse contraria utrumque uerum est cum diuer
sum sit. Egressi sunt quarta generatione filii israhel de terra egypti. Replica genealogiam leui. Leui genuit ga
ath. Gaath genuit amram. Amram genuit aaron. Aaron genuit eleazar. Eleazar genuit fineés.
Gaath cum patre suo leui ingressus est egyptum. usque ad eleazar conputantur generationes quattuor.
licet quidam uelint ab amram incipere & ad finees usque nos in eleazar fecimus peruenire. Si uero uolue
ris disparem numerum ostendere quomodo secundum exodum quinta generatione egressi sunt filii
israhel de terra egypti. tribus tibi iude est ordo numerandus. Iudas genuit phares. Phares esrom. Esrom ge
nuit aram. Aram genuit aminadab. Aminadab genuit naason. Naason genuit salmon. Phares
cum patre suo iuda ingressus est egyptum. Naason princeps tribus iuda in deserto describitur. cuius
filius salmon terram repromissionis introiuit. & conputa a phares usque ad naason & inuenies generati
ones quinque. tamen si in nullis ut in tribu leui ostendimus in esrom initium faciant. & ad salmon usque
perueniant. puto problema dissolutum. quod si displicet ad conpendium ueniam & dicam in hebreo non esse
diuersum. Aquila namque qui non contentiosius ut quidam putant. sed studiosius uerbum interpretatur
ad uerbum. in eo loco ubi septuaginta posuerunt quinta autem generatione ascenderunt filii israhel de
terra egypti. ita transtulit. KAIE NOΠΛICAMENOIC · NEBNCANVIOI PANA AΠOKHCAI SYPTOY.
id est & armati ascenderunt filii israhel de terra egypti. Licet pro eo quod armati nos diximus secundum gre
ci sermonis ambiguitatem instructi siue muniti propter supellectilem que egyptios spoliaue
rant possit intellegi. Et quoniam ad curiositatem esse finitam maior querendi ardor exoritur. et insimi
litudinem hieremie dissoluta undique esse ferre non possum quare septuaginta quintam generationem
& aquila transtulit armatos. Volumen hebreum replico quod paulus penolem iuxta quosdam
uocat. & ipsos caracteres sollicitus adtendens scriptum repperio amusim. Alubne. israhel. meerets mesraim. alias munitionum
in reliqua parte interpretatio non discordat. Omnis pagina de uerbo est amusim. quod his litteris scribitur
heth. mem. sin. Lod. mem. utrum non quinque. an munitos sonet. & quidem quinque hoc sermone dici nega
re non possumus. Verum quinque plurali numero non quinta ut illi interpretati sunt singulariter sed nec ge
neratio inuenitur adiuncta que lingua hebrea dor dicitur. Si enim esset quinta generatio sermone legeretur illorum
amesa dor. Nunc autem amesim idest quinque tantummodo quinquaginta tantum scripti sunt. et sit quasi sen
sus quinti autem ascenderunt filii israhel de terra egypti. quod quia minus uideatur intellegi ad iunc
ta generatio est. Aquilam uero ut in ceteris & in hoc maxime loco proprie transtulisse omnis iudea
conclamat. & sinagogarum uniuersi consonant sub sella. Quando uidelicet idem sermo & eisdem litteris scriptus
diuersas apud eos & uoces & intellegentias habeat. ex quibus exempli causa unum ponimus ut quod
dicimus perspicuum fiat. pastores & amatores eisdem litteris scribuntur. Res. ain. iod. mem. sed pastores

Rursus eleazar cum patre suo aaron egressus est egyptum; Rursus a gaath.
[illegible]

Roim et amatores leguntur. Rem, unde et venit ut ibi Hierusalem in prophetis cum amatoribus suis fornicationis scelere
arguatur, ubi in nostris codicibus et amatoribus pastorum nomen sit inmutatum. Scio haec molesta esse lectori; sed
de hebraicis libris disputantem non decet Aristotelis argumenta conquirere, nec ex flumine Tulliano eloquentiae
ducendus est rivulus, nec aures Quintiliani flosculis et scolari declamatione mulcendae. Pedestris et cotidianae
similis et nulla lucubratione redolens oratio necessaria est, quae rem explicet, sensum edisserat, obscura man
festet, non quae verborum compositione frondescat. Sint alii diserti, laudentur ut volunt, et inflatis buccis spuman
tia verba trutinent; mihi sufficit sic loqui ut intellegar, et de scripturis disputans scripturarum imitari
simplicitatem. V Cur Isaac vir iustus et deo carus non illi cui voluit, sed cui noluit, deceptus errore
benedixit? Differo paulisper tropos et ea quae a maioribus nostris super hoc loco sunt interpretata praetereo, non quo
opinioni eorum non adquiescam, sed quod tu hoc tantum quaeras, quare vir iustus aliquid ignoraverit et contra suam
fecerit voluntatem. Ad quod districta responsio est: nullum hominum excepto eo qui ob nostram salutem car
nem est dignatus adsumere plenam habuisse scientiam et certissimam veritatem. Denique Paulus ex parte et enim
cognoscit et ex parte prophetat, et nunc per speculum videt in enigmate, et secundum quod oporteat orare nescire nos
dicit. Quia cum venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est destruetur. Samuel propheta, qui connumeratur
Moysi in psalterio, ad ungendum regem missus, cum maximum filiorum Iesse vidisset Eliab, ait: Ecce coram domino
christus eius. Et ait dominus ad Samuhel: Noli respicere in faciem eius et in staturam illius, quoniam reprobavi eum; quia non quo
modo videt homo videbit deus; homo videt in faciem, deus videt in corde. Et per singulos semper ignorans usque ad David
nescisse describitur. Heliseus quoque, qui duplici glorificatur est spiritu, cuius ossa vitam et animam mortuo cadaveri reddiderunt,
Cum Sunamitis ad eum venisset in montem et ad pedes eius flebiliter corruisset, Giezi prohibente ne faceret, ait:
Dimitte eam, quoniam anima illius in amaritudine est, et dominus abscondit a me et non indicavit mihi. Plura sunt quae
ut exemplis debeamus docere sanctorum virorum et deo caros ea tantummodo scisse quae eis a domino revelata sunt, ignorasse
vero quae revelata non fuerant. Et ad singulas visiones Zachariam atque Danihelem interrogare angelum et sup
pliciter deprecari ut exponat sibi quae viderant. Unde non mirum est et Isaac in sua maxime utilitate nescis
se quid faceret, cum magis eo tempore erraret quo filium sanguinarium et dediti voluptatibus et eum qui postea fratrem
posset occidere, praetermisso illo qui innocenter habitavit domum, vellet efferre. Et tamen magis quam dei facere vo
luntatem. Ego puto divinae dispensationis fuisse ut oculis caecaretur, et cum ipse diceret: vox quidem vox Iacob,
manus autem manus Esau, tamen non intellegeret minorem esse filium qui ad benedictionem fratris propter
adstiterat. Quoniam autem polliciti sumus et de eo quid in figura significaret adiungere, Hippolyti martyris verba
ponimus, a quo et Victorinus noster non plurimum discrepat, non quo omnia plenius executus sit, sed quo pos
sit occasionem praebere lectori ad intellegentiam latiorem. Isaac portat imaginem dei patris, Rebecca spiritus sancti,
Esau populi prioris et diaboli, Iacob ecclesiae sive Christi. Senuisse Isaac consummationem orbis ostendit; oculos illius ca
ligasse, fidem perisse de mundo et religionis lumen ante eum neglectum esse significat; quod filius maior vo
catur, acceptio legis est Iudaeorum; quod escas eius atque capturam diligit pater, homines sunt ab errore salvati
quos per doctrinam iustus quisque venatur. Sermo dei benedictionis est repromissio et spes regni futuri, in quo cum
Christo sancti regnaturi sunt et verum sabbatum celebraturi. Rebecca plena spiritu sancto, sciens quid audisset antequam pa
reret, quia maior serviet minori, magis autem forma spiritus sancti quae futura noverat in Christo, in Iacob ante meditatur.
Loquitur mater ad filium minorem: Vade ad gregem et accipe inde mihi duos hedos, praefigurans carneum salvatoris adven
tum, in quo eos vel maxime liberaret qui peccatis tenebantur obnoxii. Siquidem in omnibus scripturis
hedi pro peccatoribus accipiuntur. Quod autem duos iubetur adferre, duorum populorum significatur adsumptio.

Ut exponat sibi qu... fuerit illa quae videbant

Talium libri ... in Iacob ante meditatur ... a minore filio ... [illegible]

quod teneros et bonos dociles et innocentes animę. Stola esau fides et scripturę hebreorum quibus gentilium indutus
est populus. Pellesque eius brachiis circumdatę sunt. peccata utriusque sunt plebis quę christus in ostensione manuum
cruci secum pariter adfixit; quod isaac querit ab iacob. cur tam cito uenerit admirabatur. uelocem credentium fi
dem; quod cibi delectabiles offeruntur. hostia placens deo salus est peccatorum; post esum sequitur benedictio et eius odore
perfruitur. uirtutem resurrectionis et regni apta uoce pronuntians; quomodo etiam adorent eum fratres sui et seruiant
ei credentes ex israhel; quia igitur iniquitas inimica est iustitię. esau in discordiam concitatur et necem fraudo
lenter excogitat dicens in corde suo. adppinquent dies passionis patris mei. et occidam iacob fratrem meum.
ostendens. appropinquent inquit dies passionis. Diabolus fratricidas iudeos in cain ante premeditans. in esau manifestissime confitetur. tempus quoque inter fecti
onis ut interficiam fratrem meum; quapropter rebecca id est patientia nuntiauit uiro. fratris insidias; qui uocato
iacob. precepit ei ut in mesopotamiam pergeret et inde acciperet uxorem de genere laban siri fratris matris suę.
Quomodo itaque fratris dolos fugiens mesopotamiam tendit iacob. ita et christus iudeorum incredulitate conpulsus
proficiscitur in galileam. inde sibi ex gentibus sponsam sumpturus ecclesiam; hoc supradictus ait; Nos autem di
cimus non uenisse dominum nisi ad oues perditas domus israhel; Nec uoluisse panem accipere filiorum et dare eum canibus;
Et benedictionem primam iudeorum populo debuisse quibus sunt credita eloquia dei et repromissio et legis
datio. et confessio testamenti; uerum quia illi credere noluerunt ad iacob minorem populum benedictionem
esse translatam. neque tamen maiorem filium penitus fuisse despectum; Quia cum subintrauerit
plenitudo gentium. tunc omnis israhel saluus erit.

HIERONIMUS AUGUSTINO.

Venerabili papę augustino hieronimus. uirum uenerabilem fratrem meum filium dignationis tuę oro
sium presbiterum et suo merito et te iubente suscepi. sed incidit tempus difficillimum quando mihi ta
cere melius fuit quam loqui. ita ut nostra studia cessarent et iuxta appium canina exerceretur facundia.
Itaque duobus libellis tuis quos meo nomini dedicasti eruditissimis eloquentię splendore fulgentibus red
dere non potui. non quo quiddam in illis reprehendendum putem. sed quia iuxta beatum apostolum unus
quisque in suo sensu habundet. alius quidem sic. alius autem sic. Certe quicquid dici potuit et assumi ingenio
de scripturarum sanctarum fontibus haurire. positum atque dissertum est. sed queso reuerentiam tuam parumper
patiaris me tuum laudare ingenium; Non enim inter nos eruditionis causa disserimus; Ceterum emu
li et maxime heretici si diuersas inter nos sententias uiderint de animi calumniabuntur rancore descendere
Mihi autem statutum est. te amare suspicere. colere. mirari. tuaque dicta quasi mea defendere. Certe
et in dialogo quem nuper edidi tuę beatitudinis ut dignum fuerat recordatus sum; magisque demus operam
ut perniciosissima heresis de ecclesia auferatur. quę semper simulat penitentiam ut docendi in ecclesiis habeat facul
tatem; Nam si se aperta luce prodiderit foras expulsa morietur; Sanctę ac uenerabiles filię tuę paula et eustoch
ium et genere suo et exortatione tua digne gradiuntur. specialiterque salutant beatitudinem tuam; Omnis
quoque fraternitas qui nobiscum domino saluatori seruire conantur; Sanctum presbiterum firmum. anno preterito ob
rem meam rauennam et inde in affricam. siciliamque direximus. quem putamus iam in affrice partibus com
morari; Sanctos tuo adherentes lateri ut meo obsequio salutes precor; Literas quoque meas ad sanctum presbite
rum firmum direxi;

EPISTOLE SANCTI AUGUSTINI SEU SANCTI HIERONIMI QUAS INTER SE DIREXERUNT.

Domino dilectissimo et cultu sincerissimo caritatis obseruando atque amplectendo fratri et conpresbitero
hieronimo augustinus in domino salutem; Numquam ego quisquam facile cuilibet innotuit quam mihi